



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

XV. Monita ad rectum studium Casuum Conscientiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

CAPVT XV.

MONITA

AD RECTVM STVDIVM CASVVM

Conscientia pro Incipientibus, & addiscentibus per libros, & pro bene practicanda doctrina.

SVMMARIVM.

1. Habeat Curatus paucos, sed bonos libros.
2. Quos libros habeat.
3. Studium sit continuum.
4. Quos libros meliores elgat.
5. Possidenda sunt regula generales.
6. Considerate legat auctores.
7. Canones & Bulla semper praevalent.
8. Possideat semper terminos doctrina.
9. Scientia scandali necessaria.
10. Studium sit diligens.
11. Formet practicam rei, cui studuerit.
12. Quibus maxime studendum.
13. Nunquam recedendum ab opinione communi.
14. Communis opinio qua.
15. Qua opinio praferatur communi.
16. Inter opiniones contrarias, qua sit tenenda.
17. Opinio aequetuta, qua sequenda.
18. Opinio doctoris, ut sit praferenda communi.
19. Opinio propria quando sequenda.
20. Opinio magistri licita.
21. Probabilitas in moralibus sufficit.
22. In dubio tutiorem partem esse eligendam, quomodo intelligatur.
23. In paenalibus mitior pars est eligenda.

24. Con-

24. Consuetudo tollit legem.
25. Consuetudo publica non contemnenda.
26. In prauidicium tertij non fiat iudicium nisi de claris.
27. Paruitas rei in omni materia excusat.
28. Ignorantia qualis excuset.
29. Ignorantia quotuplex.
30. Inconsideratio & obliuio inculcata excusant.
31. Poena non debentur ante condemnationem.
32. Necessitas non habet legem, ideo excusat.
33. Impossibilitas semper excusat.
34. Impossibile quotuplex.
35. Leges positina non obligant in magno damno.
36. Quis legem interpretatur.
37. Quando leges sunt contraria, quid agendum.
38. Restituere quis teneatur.
39. Causa excusantes restitutionem.
40. Bona fides quid causat.
41. Praescriptio qua.
42. Damnum rerum actionis ordinis qui agat.
43. Bona qua.
44. Excommunicatio quando incurritur.
45. Qua excusant ab excommunicatione.
46. Irregularitas qua, & quando contrahitur.
47. Natura usura, & quot modis potest fieri.
48. Qua opiniones non sunt publice docenda.
49. Intentionis regula.
50. Episcopus in quibus potest dispensare.
51. Bonum consilium in casibus diff.
52. Iuramenta qua teneantur.
53. Non omne licitum in foro exteriori, licitum in conscientia.
54. Bona fides excusat à peccato.

55. Crudelitas inculpat a excusat.
56. Dolus quos contractus in conscien. rescindat.
57. De contractibus aliquid.
58. Omne peccatum est voluntarium.
59. Voluntarium quid & quotuplex.
60. Ad constituendum peccatum mortale quid requiritur.
61. Vbi non est culpa, ibi nec poena.
62. Culpa qua & quomodo obliget.
63. Peccata quomodo specie, vel numero differant.
64. An peccata cordis temporis interruptione multiplicentur.
65. Peccata in voluntate, omissione & facto.
66. Peccata oris quomodo multiplicentur.
67. Peccata operis quomodo multiplicentur.
68. Grauitas peccatorum unde, & quomodo cognoscatur.

Non curet initio studiosus iste magnam librorum suppellectilem congregare; quia male explicabit a varietatibus opinionum. habeat igitur paucos, sed bonos libros, & sufficient isti:

2. Pro ordine, & methodo; Summula Caietani, cui posset æquari Toleti instructio, Summa Siluestrina, & Nauarri Manuale, & in his bene versatus euadet magnus vir. Ita Romæ consulti viri præcipui in hoc genere studij, & præsertim P. Io. Baptista Costa Societ. IESV Pœnitentiarius Sancti Petri, vir in hac scientia notissimus; istorum vero lectio nunquam deseratur, quia experientia docuit bonos alioquin casistas, sed studium casuum intermittentes postea impegisse in errores

3. Ra-

3. Ratio est, quia ista doctrina, quæ non acquiritur nisi post multos labores, & canos, ut ait Nauarrus, habet duplex fundamentum, vel in regulis Theologiæ scholasticæ, vel in beneplacito Pontificum: & licet prius facile hæreat menti propter sua principia, secundum tamen est difficile, cum nullo alio fundamento nitatur, quàm beneplacito Pontificio. Ideo nulla alia via possidetur, quàm per continuum studium. At quia, ut plurimum, post adeptum beneficium nõ studetur, prudenter in aliquibus Episcopatibus cautum est, ut Curati statis diebus conveniant, ut de varijs casibus conscientiæ, qui continuo hoc exercitio memoriæ firmiter hærent, conferant. Et si placet meum consilium, credo ruditer melius acturum, si vnum solum ex dictis sequatur.

Et ut copiosorem eligerem Silu. quia simplicior est doctrina, & sine vllis Doctorum concertationibus. Ac de Toleti quidem Instructione Sacerdotum meminerint, qui varias bonorum istiusmodi Auctorum editiones non viderunt, ut eam eligant, quæ absolutior prodijt, qualis quæ anno 1603. & sequentibus Mediolani, quin etiam deinceps Brixia cum titulis capitum recessa est in quarta parte folij. Idem dictum sic de alijs Summistis atque Theologis. Quorum posteriores editiones, & vodenam fuerint emissa, & quæ in iisdem, sine prænosceda, siue ad vsum sint adhibenda, cõsule Apparatum Sacrum Polesuini Patruj mei, ad quem vel ipse Romanus Expurgatorius Index, nouissime in Vrbe excusus sæpè lectores emandat. Cæterum si quando Cura-

Curatus vti voluerit Candelabro aureo Alphon-
si Martini Viualdi, sciat à Romano Magistro Sa-
cri Palatij prohibitum fuisse, nisi fuerit ex im-
pressis ab anno 1602. Suspensa est idem Henrici
Henriquez Summa Moralis, donec emendetur:
Quod dictum, velim, ne si quando ab alijs, siue
etiam interdum à nobis aliquid ex eo allatum
sit, propterea posse illam ab omnibus versari
existimetur.

Nam neque nos eam legissemus, aut vbi ab
Auctorum approbatorum minimè discrepan-
tia in ipsa referuntur, quædam nonnunquam at-
tulissemus, nisi facultatem ab eodem Reueren-
dissimo Magistro Sacri Palatij eam tractandi, ac
legendi obtinuissimus.

Porro Curatus id sibi omnino persuadeat, ne-
cesse esse, vt non solum apud se habeat Indicem
librorum prohibitorum, cum Regulis confectis
per Patres à Tridentina Synodo delectos, & qui-
dem postremum Clementis Papæ VIII. iussu
recognitum, & publicatum verum etiam eun-
dem de quo diximus, Expurgatorium. Indicem
aliquod Auctorum ab Reuerendis. Magistro Sa-
cri Palatij in Vrbe editum. Sed & quinam Scri-
ptores, siue eorum opera prohibita, vel donec
expurgentur, suspensa sint, ad calcem istius le-
gere debebis è dubijs edictis, quæ anno 1603. &
1605. Romæ promulgata sunt: cum, & quæ
subinde S. Officij Sacræ Inquisitionis iussu pub-
licantur aduersus pestilentes libros ea omnia e-
dicta à Curato sedulo procuranda, ita cogno-
scenda sint, vt in tempore, qui suæ Curæ con-
crediti sunt, eos præmonere possit, ne qua illorū
lectione inficiantur.

4. Inter studendum verò in singulis titulis, seu materijs, nota regulas generales illius materiæ, & secundum eas tuum studium dirigas, quia inde facilius resolues multos casus contingentes, & ista facilius memoriæ mandantur, vel saltem retinentur, quam singulorum casuum decisiones.

5. Caue inter studendum ne celerior sis in versandis Doctoribus, sed & attentè considera ipsum modum quo docent, quia aliquando disputant de re, quo ad forum exterius, at eorum resolutio in foro interiori non valet: non quod omnia, quæ determinantur in foro exteriori, contraria sint determinatione fori interioris, sed quod aliqua sint huiusmodi.

6. Quotiescunque in aliqua re est canon non determinans, vel Bulla Pontificia, si non adsit consuetudo in contrarium militans, omnes opiniones contrariæ sunt nullæ, puta: est Bulla Sixti V. quod Eunuchus utroque teste carens non sit habilis ad matrimonium contrahendū, quidquid in contrarium dicant Doctores, est nullum, quia hæc constitutio est usu recepta.

7. Sæpè contingit, ut termini, qui in doctrina adhibiti sunt ad faciliorem intelligentiam, maiores tenebras obscuritatis spargant, ideo studiosus curet bene eorum intelligentiam assequi, & non pergat ad vltiora, nisi prioribus benè intellectis, & postquam sibi visus fuerit intellexisse, ruminet secum quasi conferens, quibus studuerit, quia ita firmitus hærebunt menti. Porro quando legeris hunc terminum moralis, vel moraliter, actio moralis, intellige actionem

pro-

procedentem ab intellectu humano, cum scientia, & eius deliberatione, tam acceptante, quam respiciente, ut includatur actus omissionis. *Natur. prelud. 6. n. 2.*

8. Habetur bona cognitio scientiæ scandali, quia ea ex cognitione, quando sint dimittenda bona spiritualia, vel temporalia propter scandalum patet decisio infinitarum rerum emergentium, & afferentium magnam perplexitatem.

9. Inter studendum utere diligentia, non solum versando titulos qui videntur necessarij, sed & alios forte apparentes non necessarios, puta in Syluestro Cautio, conclusio, compromissum, & similes; quia inuenies ibi plura resolutorie decisa, quæ alibi sunt inuoluta magna, & obscura disputatione.

10. In singulis materijs formes tibi regulas expedientes in sua praxi casum, cui studueris, modo pro viribus faciliori, quia & tibi, & alijs ista proderunt.

11. Omnibus bene studeas, sed porissimum administrationi Sacramentorum, & restitutioni. Si quis vero adeptus fuerit curam, videat ut informationem ingeniorum suæ plebis, & casuum, qui ibi maxime occurrunt, resolutionem præ manibus exactam habeat. In incertis quæ postea emergunt, facile dubitet, resolutionem suspendat, quo ad perfectius studuerit, vel ad peritorem remittat.

Sed quia in hoc spatio campo Theologiæ positivæ, seu casuum conscientia, raro datur res, quæ non subiacet varijs opinionibus, ac quidem sæpe contrarijs, magnum pondus habebit

T

pra-

prudens opinionum delectus, Pro quo notandum.

12. Opinionem communem esse magni momenti, & ab ea non esse facile recedendum; sed nec esse immutabilem: nam, verbi gratia; Nunc aliqua opinio est alia ab ea in re aliqua, quam quæ olim fuit; iam vero sit communis, quæ pro tali habetur. Cum vero audis opinionem communem, intellige communem in Theologia, quam Theologi sequuntur, & communem in iure quam Iuris Doctores sequuntur. Azor *Institut. 1. par. lib. 2. cap. 13.*

13. Communis opinio est quam sequuntur sex, vel septem Auctores Classici. Navarr. c. 27. num 289. & addit, si in eadem re fuerint hinc inde octo, vel decem Auctores graves cum iudicio opinantes, posse utramque opinionem vocari communem: Azor vero ibi, vocat communem, quam sex, vel septem tractantes, ex his quinque conueniunt, & tunc vult hos quinque facere opinionem communem.

14. Porro nec opinio, ex eo quod sit communis, est præferenda, sed ea quæ nec comprobatur maiore, subtiliore, ac fortiore ratione. Azor. *ibi.*

15. Concurrentibus varijs opinionibus contrarijs potest eligi, quæ libuerit, dum modo opinio electa sit absque formidine, & dubio de contrario. Azor. *Inst. 1. p. lib. 2. c. 16. quæst. 2.* Adde, iudicetur tuto posse eligi, (vt vere tuto potest, etiam si contrariam habeat veram) quia inter duas opiniones contrarias libera est electio & dummodo non sit contraria manifestè verbis fidei quia

quia tunc non potest nec debet eligi. Verbi gratia: Concil. Trident. sess. 14. cap. 1. habetur Extremam Vnctionem institutam à Christo Domino: ideo sententia afferentium institutam auctoritate Christi, & Spiritus sancti instructu, & affatu Apostolorum, est refellenda: citantur auctores istius sententiae ab Azor. *Instit. 1. lib. 2. c. 9. præceptione 1.* At si Doctores, alioquin sancti, verquam tenuerunt opinionem, quæ nunc sit contra determinationem Ecclesiæ, non peccarunt; quia nondum Ecclesiæ determinauerat; Quæ si determinasset sanè consensissent.

16. Quod si opiniones sunt æquæ tutæ, possumus eligere etiam minus tutam: Et si quæ minus tuta est, etiam habeatur minus probabilis, poterit nihilominus eligi. Azor. *lib. d. cap. 16. quæst. 2.*

17. Et si opinio sit vnus tantum Classici Auctoris, & contra communem, potest nihilominus teneri. Immo vir bonus, & doctus potest sequi suam opinionem, si sit rationalis, etiam contra communem. Azor. *lib. dicto, c. 17.*

18. Rudis vero hoc non potest: quia cum electio debeat fieri prudenter, per rudem prudenter nequit fieri. *Item ibi q. 5.*

19. Discipulus etiam potest sequi opinionem sui Magistri, licet non classici, puta scripta Doctoris, vel opinionem periti: quia rationabiliter operatur. Azor. *cap. dicto, q. 4.*

20. Porro quando dicitur sequendam opinionem probabilem, sciendum est in moralibus sufficere probabilitatem; Ideo non est necessaria maior certitudo, nec euidencia. *Sot. dist. 27.*

quæst. 1. art. 3. dub. p. Siluest. scrupul. quæst. 5. no-
tab. 5. Azor cap. dicto quæst. 2.

21. Quod vero dicitur in dubio tutiorem partem eligendam, intelligitur, cum vere dubitatur de contrario, quia alias eligens exponeret se periculo peccandi, quod non licet: si tamen opinio sit sine dubio de contrario, vel saltem cum hoc, quod liceat vnam opinionem eligere, licet & habeat contrariam pro vera, vtralibere ligi poterit. Azor lib. dicto, cap. 16. quæst. 2. in fin. & cap. 12. qu. in fine ad obiecta. Quod vero aliqui distinguant, ante factum tenendam opinionem tutiorem, post factum vero sufficere tutam, præterquam in censuris. Tu dic, iuxta prædicta, & ante, & post sufficere tutam, quia rationabiliter agitur, quod prudenter agitur.

22. Inter opiniones, in quibus agitur de peccata siue temporali, siue spiritali; puta excommunicatione & similibus, benignior est eligenda. Azor loc. d. c. 1. nisi quando leges contrarium explicant. Idem ibi. Angel. conf. 4. q. 2. Silu. confess. 3. 4. 10. Idem tenendum est in causa matrimonij.

Nota tamen in eligenda opinione, ne imprudenter eligas & deludaris; quia sunt aliqua opiniones deductæ ex vno fundamento, quæ sunt mitiores, quas si elegeris, & tenueris fundamentum contrarium, eris ludibrio.

23. Consuetudo tollit omnem legem positivam, siue Ecclesiasticam, siue secularem, & tunc consuetudo censetur approbata contra legem secularem, quando est confirmata tacito quodam consensu totius populi, vel maioris partis.

Cea.

5. no-
orem
dubi-
nerec
amen
altem
gere,
bere-
in fin.
aliqui
onem
præ-
sta, &
olitet
per-
com-
igen-
ium
con-
nari-
ppru-
ua o-
e sunt
men.
ostit-
& tunc
egem
quo-
artis.
Cea-

Censetur autem approbata contra legem Ec-
clesiasticam, quando est confirmata tacito con-
sensu Prælati, qui possit abrogare legem. In
Constitutionibus enim Ecclesiasticis semper
Doctores requirunt scientiam, & tolerantiam
Prælatorum. Ita omnes. Lessius *lib. 2. cap. 6. dub.*
14. num. 45. de Iust. Et ubicunque superius inue-
neris hanc phrasim, consuetudo legitima, intel-
lige consuetudinem secundum præcedentem
declarationem. Non est autem necesse videre,
an consuetudo sit rationabiliter introducta, suf-
ficit enim quod ita fiat. Caiet. *22. quest. 122. art.*
6. in resp. 6. casus. Ex hoc capite infinita dedu-
cuntur contra omnes leges positivas. Consue-
tudo tamen contra legem naturalem, aut diui-
nam non potest introduci. *Omnes. Azor. 1. par.*
lib. 2. cap. 10. Instir.

24. Cauendum tamen in iudicando, ne fe-
ratur iudicium contra consuetudinem commu-
nem etiam si videatur corruptela, & libri aperte
contrarium dicant, sed prius diligenter res ex-
pendenda, quia possibile est, quod communiter
fit, valide fiat; exemplum fit, de venditione ad
creditum, siue ad tempus ultra pretium currens
certarum generum mercium alicubi solita. Igi-
tur ne sis præceps in condemnatione, etiam si
multi Doctores, contractum hunc damnent, quia
non desunt, qui excusent. Ideo, quotiescunque
iudicium inuoluit præiudicium tertij, non fera-
tur, nisi re bene expensa.

25. Paruitas rei in omni materia excusat. Ex-
cipiunt omnes iuramentum assertorium cum
mendacio. Aliqui etiam volunt excusare iura-

mentū promissorium de re leui, aliqui negant: vnde *Nauar. cap. 12. num. 10.*

26. Probabilem videtur excusari à mortali.

Excipiunt alij mendacium in confessione, & iudicio. *Caiet. Confessio sub Fidelis. q. 22. qu. 89. art. 7.* Sed impugnatur à *Sor. de Iust. lib. 8. qu. 1. art. 7. post 6. conclusio.* *Nauar. vbi supra. Azor. Inst. par. lib. 5. c. 28. parum ultra medium, & vocat hanc communem.*

Alij excipiunt peccatum factum ex contemptu, quod quidam concedunt esse mortale, cum est de re magna, & veniale cum est de re parua.

Alij addunt peccatum factum contra conscientiam, quod dicitur per conscientiam erroneam, iuxta illud Apostoli ad Roman. 14. *Quia quid non est ex fide, est peccatum.*

Azor tamen *Inst. p. p. lib. 2. c. 8. q. 5.* vult, paruitatem excusare à mortali. *Lopez* etiam in *Instruct. c. 1.* non meminit inter excepta, nisi de iuramento, & contemptu. At omnes Doctores contrarium tenent, vt ait *Siluest. conscientia q. 2.*

Alij addunt minimum in Venereis, non excusari à mortali; ita *Lessius de Iust. lib. 4. dub. 8. num. 58.* *Rebell. de obligat. de matr. lib. 5. qu. 19. sect. 3.* vbi multis hoc probat.

27. Ignorantia inculpabilis semper excusat à peccato, hoc modo, si sit iuris naturalis, quod est ex se clarum, puta, quod tibi non vis, alteri ne feceris; bonum sequendum; malum fugiendum; ignorantia in his neminem cum in nullo homine datur; est enim horum cognitio naturalis. Ignorantia verò iuris naturalis, quod ex dicto colligitur, & facile noscitur, qualia sunt præ-

cepta

cepta Decalogi, potest dari ad breue tempus, & data ab omni peccato excusat. Azor. *Inst. 1. par. lib. 1 c. 13.* licet alij negent. Ratio Azor. est, quia iusta ignorantia facit inuoluntarium, quod à peccato excusat.

Ignorantia vero iuris positiui inculpabilis semper excusat. *Omnes.* licet sæpe apud homines puniatur.

Ignorantia etiam Iuris diuini inculpara etiam necessariorum ad salutem excusat à peccato propter eandem rationem. Azor *ibi*, licet aliquis negent.

28. Inconsideratio, & obliuio inculparæ excusant ab omni peccato, quia faciunt inuoluntarium. Az. *loc. dicto. c. 16. q. 3. & 4.* Caiet. *Inconsideratio.* Armil. *Inconsid.* quia reminiscencia etiam eorum, quæ scimus, non est in potestate nostra.

29. Pœnæ non debentur nisi post condemnationem, nisi pœnæ trahant secum executionem, quod euenit in pœnis Ecclesiasticis, vt excõmunicatione, suspensione, & irregularitate. Caiet. *22. q. 62. art. 3.* Siluest. *Lex. q. 9. not. 7. pœna q. 25. hæresis q. 8.* Sot. *de Iustitia lib. 1. qu. 6. art. 6. ad 8. dubium.* Nauar. *c. 23. num. 66. & 67.*

Aliqui addunt deberi etiam ante condemnationem pœnas Ecclesiasticas, vt priuationem beneficij, officij, vel alterius commodi: Alij negant. Citantur ab Azor. *Inst. lib. 2, c. 11. versus finem.*

Alij addunt, quod quando additur in lege, quod pœnæ soluantur absque condemnatione, statim debeantur. Ita Silu. *Assassinus q. 5.* Armil. *eodem verbo, §. 2.* Azor *Inst. prima parte, lib. 5. c. 7.*

quest. 6. Idem videtur tenere. Tu tene nullam pœnam, excepta spiritali Ecclesiastica, puta excommunicatione, & similibus deberi ante condemnationem, ita p̄ximo citati. Ratio est, quia consuetudo quæ est optima legum interpret, ita declarat; & nullum videas, etiam probum, non condemnatum luere pœnam. Idem & etiam de pœnis conuenientibus. Azor. 1. parte, lib. 5. cap. 8. quest. 7.

30. Porro nota differentia inter pactum, & pœnam: nam pœna non obligat, nisi ut est dictum, pactum vero obligat: cū primum id transgressus fuerit. Silu. *pactum per totum.*

31. Necessitas non habet legem, sed ipsa sibi legem facit. Ideo necessitate infinita excusatur, quæ alias licita non essent.

Impossibilitas semper excusat. Impossibile autem est duplex. Primum quod nullo modo fieri potest; ut hominem volare. Secundum, quod quidem fieri potest, sed cum magna difficultate, quod leges vocant impossibile. Ut autem istud impossibile excuset, debet esse quod honeste, & commode fieri possit. Siluest. *facere & impossibile.* Honestum vero est, ac honorato vulgari idiomate, & *honorata mente*, quod est citra verecundiam. Siluest. *honestas.* Commode autem dicitur aliquid fieri posse, cum potest fieri salva omni alia re necessaria facienda; verbi gratia: quis pro Deo debet facere totū quod potest, tunc recte satisfacit muneri suo, si omnia illi necessaria potius vacauerit, puta somno, negotijs, & similibus perficiendis, reliqua vero Deo persoluerit, ita Silu. *facere.* Et ex hoc capi-

te resoluunt omnia, quæ requirunt à nobis, vt facimus possibile. Vide Victorellum de extrema Vnctione, cū citatis ibi, de excusato metu mortis comminatæ, dum est excommunicatus, & debet vnctionem ministrare.

32. Præcepta seu leges positivæ, etiam Ecclesiasticæ an obligant cum damno vitæ, salutis, honoris, & magnæ iacturæ bonorum. Silu. *lex quæst. 8. versus finem, & Interpretatio quæst. 1.* quia talis videtur esse mens legislatoris, ex Nauar. *prælud. num. 12. & omnes.* Si tamen leges positivæ secum inuoluunt legem naturalem vel diuinam, tunc obligant cum quantouis damno secururo ratio est, quia lex naturalis, & diuina est de re naturali, & necessaria ad salutem, quia est participatio legis æternæ, lex vero positiva non est de necessarijs ad salutem, nisi in quantum præcipiuntur, non autem ex sua natura. Ex hoc infinita resoluuntur.

33. In legibus, si intentio legislatoris sit contraria verbis legis, quilibet potest interpretari secundum sensum legislatoris, in necessitate subito occurrente, interpretando secundum, quod pascit iustitia, ratio, & communis utilitas S. Thomæ: *par. 2. quæst. 6. art. 6.* Siluest. *scrup. qu. 3. num. 6. dispens. qu. 4.* Azor *Inst. parte 1. lib. 5. cap. 16. qu. 16.* Et hoc intellige in omni lege positiva, & etiam in Diuina, quia Deus non intendit obligare ad hoc, quod aliquis appareat fatuus, & ridiculosus saltem apud discretos, & bonos, Silu. *scrup. qu. 3. not. 3.* Et interpretari potest non solum pro se, sed etiam pro alio: quia quod rationabiliter fit, absque peccato fit, & ita

Doctores ad aliorum utilitatem multa interpretantur. Et si interpretatione quis per Epicharam erret, non curandum quia non peccavit: rationabiliter enim egit. Siluest. *ibi q. 4. not. 7.*

34. Si in facto concurrant multæ leges, pura, naturalis & positiua, vel aliquæ earum, & sibi videantur aduersari, standum est lege naturali. Sor. *de Iust. lib. 3. quest. 4. art. 3. ad 1. argum.* nam omnes leges pendent à naturali: nihil enim aliud sunt, quam rectum dictamen rationis, quod est lex naturalis: deinde naturalis pendet à diuina tanquam à fonte. Sor. *de Iust. lib. p. quest. 3. art. 1. concl. 2. candelab. de lege canonica. num. 64. & omnes.*

35. In omni restitutione ad eam solus tenetur, qui peccauit contra iustitiam in damno tertij, quia peccans contra charitatem non tenetur restituere. Sor. *de Iust. lib. 4. q. 6. art. 3.* Nauarr. *6. 17. num. 70.* Tolet. *Instit. lib. 5. c. 19. num. 2. Inquit 8. Thom. 12. num. 62. art. 7. ad 3.*

Sed à restitutione multa excusant.

36. Bona fides, quæ excusat à peccato, & restitutione. Siluest. *rest. 3. q. 7. not. 3.* Tol. *Instit. lib. 5. c. 26. num. 9.* Et superueniente mala fide tenetur, in quantum factum est locupletior: quod alij interpretantur: *In quanto ha auanzato del suo, ut dicamus vulgariter.* Ideo si in nihilo factus sit locupletior, ad nihil tenetur. Ex hoc capite excusatur Doctor & Confessarius, qui credens bene agere, male consulit in damnum tertij. Et deciduntur alij infiniti casus.

Præscripto, de qua vide Siluest. *præscripto. q. 5.* Tol. *Instit. lib. 5. cap. 26. num. 5. & seq.* Lopez

Instit.

Instit. parte 1. cap. 133. Præscriptio autem finitur secundum varium modum locorum: Communiter mobilia præscribuntur triennio, quod alij vocant Usucapere. Vide leges loci, & secundum eas iudica.

Impossibilitas de qua supra. Si vero velis videre, an ista impossibilitas fuerit legitima eam in confessione alleganti, ita agas. Verbi gratia: Petrus anno elapso restituere debebat septem, non restituit, interrogatus à Confessario, respondit, non potuisse: tu interroga, an toto illo anno aliqua effuderit in ludo, luxu, vel alijs vanitatibus, si hoc affirmat, non credas fuisse impotentem, ideo reddere difficilem in absolute, ut ille cogatur ad restitutionem.

Dammum rerum altioris ordinis. Pro quo nota omnia bona esse, aut animæ, aut corporis, aut famæ, & honoris, aut fortunarum, & quæ primo numerantur sunt altioris ordinis. Igitur nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis, eum iactura bonorum superioris ordinis. Ita Caeteran. citatus à Nauarr. *cap. 18, num. 47.* licet Sot. *de Inst. lib. 4. quæst. 6. art. 3.* Lopez (licet aliquateus dissentiat) *Instit. part. 1. c. 116.* Tol. *Instit. lib. 5. cap. 127.* non admittant sic in vniuersum, sed faciant aliquas exceptiones. Sed quia prima opinio est bonorum auctorum, potes eam tenere.

Dubium in restitutione excusat; quia in dubio potior est conditio possidentis. Siluest. *18. sit. 3. q. 7. not. 2.*

37. Excommunicatio nunquam incurritur, nisi pro mortali, ita ut id quod agitur sit de mor-

tali, vel si est res venialis ex sua natura, sit mortaliter, quia præcepta: Siluest. *excom. p. sciendum. 3. versus finem.* Ideo, qui erit securus non peccasse mortaliter, erit etiam tutus se excommunicatione non affici. Et si quis faciat rem vel licitam, vel illicitam habens adnexam excommunicationem, sed hoc ignoret non incurrit eam. Tol. *Instit. lib. p. cap. 9. nu. 11. cum citatis. ib. iuxta dicta supra de ignorantia.*

Excusant etiam ab excommunicatione omnia quæ excusant à peccato, ut necessitas, impossibilitas, & alia dicta: quia sine mortali non incurritur, & omnia dicta à mortali excusant.

38. Irregularitas ea sola est, quæ iniure exprimitur, & ideo non debent ad eam trahi casus similes, aut etiam habentes maiorem causam. Tol. *Instit. lib. 1. c. 52. n. 7. & communis.*

39. Usura semper est peccatum concurrentibus tribus. Primo mutuo: Intellige verò, vel palliato, id est, alio nomine cooperto. Secundo: Lucro principaliter intento, pro lucro intellige aliquid ultra mutuatum, quidquid sit, dummodo res sit quæ vendi possit. Tertio: Pacto. Et concurrentibus dictis tribus est usura formalis: concurrentibus vero solo mutuo, & lucro dicitur usura mentalis. Siluest. *usura p. à principio.* Nau. *cap. 17. num. 206.* Tol. *Instit. lib. 3, cap. 28.*

40. In hac materia ante factum melius est tenere, inter opiniones rigidior, quia alias facilliter declinatur in extremum in hoc vitio: Sed & si quis mitiorem sequeretur, non peccaret, ut est dictum de delectu opinionis. Eodem modo melius:

melius est tenere rigidiorē in Venereis, propter eandem rationem. Et opiniones, ex quibus eripitur ansa peccandi, non sunt propalandæ, maximè in publico, puta quod in necessitate furari liceat, & similes, quia inde improbi accipiunt ansam peccandi.

41. Vbi in aliqua re requiritur intentio, sufficit eam habuisse actu, actualiter à principio actus, cui est necessaria, licet in processu actus non adsit, non facit vt actus desinat esse melior, vel peior. Dicitur vero intentio actualis durare virtualiter in actu ex ea inchoato, donec actu contrario reuocetur, ita; Expresse habuisti talem intentionem in hoc actu inchoando, durandum expresse eam non reuoces. Ex hoc capite innumera resoluntur præcipue de administratione Sacramentorum.

42. Episcopus dispensat in omnibus irregularitatibus & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, & absoluit ab omnibus excommunicationibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatæ occurrentis, in sua diocesi, per se, vel per Vicarium delinquentes quoscunq; suos subditos, & hoc gratis, in foro conscientiæ. In omnibus vero casibus Bullæ cœnæ Domini non absoluit, non obstante quod aliqui affirmant, licet Concil. Trid. sess. 24. c. 6. de reformat. concedat in hæresi occulta, quia in dicta Bulla, per ista verba: Non obstante clausula Concilij, reuocatur talis facultas. Ita stylus Curia: Azor *Instit. parte prima, lib. 8. cap. 10. quest. 10.* Tolet. *Institut. libro*

parte, cap. 64. num. 7. not. 10. gloss. marginalis. item cap. 42. num. 13. Et ita tenendum. ideo si Curato veniat aliquis casus includibilis indictis, noscat adhibere facile remedium per Episcopum, & non vexare pœnitentem mittendo Romam. Eodem modo agas, si occurrat casus in dispensatione, aut commutatione voti, in quibus Episcopi sæpe possunt, etiam si sint reseruari Papæ, vt notat Siluest. *absolut. 4. not. 3.* Nauarr. cap. 27. num. 89.

43. Et in casibus, in quibus Episcopus potest absoluere, Curatus faciat sibi dari talem facultatem pro illa vice, vt cum maiori facilitate, & amabiliter pœnitentis gerat negotium, quod facile Episcopus conceder.

44. Iuramento pacta firmantur, dummodo non sit contra legem naturalem.

Ex hoc capite volunt Doctores aliqui quod mulier, quæ non potest fide iubere, si pro marito fide iusserit, teneatur saluare, propter iuramentum solitum apponi in contractu, etiam si leges reddunt eam immunem, ita vt non possit vel fidei iubere, vel si fidei iusserit, non possit cogi ad soluendum iurata. Azor. *Instit. p. 1. lib. 11. c. 7. regula 4.* Silu. *iuram. 4. quest. 16.*

Ad dicendum: Si forum exterius non cogit ad soluendum, non teneri forte, quia hoc est ex fide iubere per merum reuerentialem, etiam leuem, sufficientem tamen, ne tale iuramentum obliget. Sic viri periti Romæ responderunt, & sic in illo foro practicatur.

Si tamen velis eam obligari? Lopez *de contrahentibus lib. 2. cap. 17.* consulat petendam esse relaxat.

laxationem à iuramento, & tunc non obligabitur, & ita magna molestia liberabis multas foeminas, quæ in hoc impingunt, metu, ne mariti male accipiant, aut eas male tractent, si non fideiusserint.

43. Non tamen credas, omnia, quæ practicantur in foro exteriori, valida esse in foro conscientiae, puta, qui adita hæreditate, non fecit inventarium tenetur ad debita, ultra vires hæreditatis, quia iste in conscientia non tenetur. Et huius generis sunt multa. Siluest. hæreditas tertina quæst. quinta. Si tamen quis ita practicaret, & creditor compelleret debitorem ultra vires hæreditatis, posset habitum in conscientia sibi retinere: quia censetur valide fieri, quod fit iuridice, & qui sequitur opinionem periti, ut est in casu, in conscientia est tutus, ut est dictum de delectu opinionis.

46. Bona fides semper à peccato excusat: ratio est, quia facit inuoluntarium, quod semper excusat à peccato. Ad hanc reducitur, seu potius est res faciens bonam fidem.

47. Crudelitas inculcata, quæ est, cum qui agere debet, vere potest, sed vere credit se non posse: tunc enim excusat ab omni peccato propter eandem rationem. Ex quo infinita etiam resoluitur: Tamen ita à Confessario practicandum. Alleganti bonam fidem super præterita credat cum regula dicta supra numero trigesimo sexto, super futura verò non credat, nisi vero expertus fuerit, quæ bona fide credit, ita esse ut credit. V. gratia: Quis confiterur se non ieiunasse die præscripto ab Ecclesia, & affert pro-

cau-

causa excusante, quod crederet se verè non posse: credet Confessarius pro ieiunio transacto, sed non admittat pro futuro; nisi experiatur prius, quæ verè possit præstare. Sed & si veller hunc absolueret absque tali experientia non male ageret, sufficiet enim credulitas ad excusandum à peccato. Nunquam tamen ad hanc experientiam remittat eum, quem verisimile est non acquieturum dicto: ne dum alias non peccat, cogat peccare per illam conscientiam erroneam.

48. In omnibus contractibus, qui dicuntur bonæ fidei, ut est emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, depositum, societas, pignus, commodatum, & permutatio; si interuenerit dolus, non obligant in conscientia, omnes vero alij contractus obligant: quoad fuerint per iudicem dissoluti. Silu. *contract. q. 2.* Ang. *contract.*

Omnes contractus, qui requirunt liberum consensum, facti per metum, non tenent: vide Siluest. *metus quest. 8.* Azor addit illis, sponsalia metu facta, & cum quis detruditur, vel detinetur in carcere omnis promissio in fauorem detinentis, vel detrudentis facta, metu cadente in constantem, non valere. Item omnis donatio. Porro contractus illi, qui metu fiunt, & non valent, rescinduntur, vel exceptione, quod est dicere metu factos, vel officio iudicis. Azor. *Inst. parte 1. lib. p. cap. 11. qu. 17.* Sed si quid per dictos contractus acceptum fuerit, in conscientia non est restituendum, nisi quod acceptum est per donationem metu factam. Idem ibi. Alij vero contractus metu facti, siue metus sit causa impellens,

pellens, siue sit causa finalis valent in conscientia. Azor. *ibi*. Lopez. verò *Instr. parte 1. cap. 96.* cum Adriano, tenet contractus metu factos, etiam si principalis contractus, non obligare in conscientia, sed solum in foro exteriori.

49. Nullum peccatum est peccatum nisi sit voluntarium. Voluntarium verò est, quod fit nec vi, nec ignorantia. Azor *Instit. parte 1. lib. 1. cap. 3. quæst. 1.* Sed voluntarium est duplex, directum, & indirectum. Directum est, de quo est sermo: Indirectum est, cum facere debemus, & possumus, & non facimus. S. Thom. *part. 2. q. 6. art. 3.* Siluest. *voluntarium.* Nauarr. *pralud. 6. Tol. Inst. lib. p. c. 72.* vbi de isto vltimo dat exemplum, de illo qui multum vini bibit, non quidem volens inebriari, qui si inebriatus fuerit, ebrietas erit illi voluntaria. Igitur peccatum debet esse voluntarium altero istorum modorum, & debet esse liberum, hoc est, non inuitum, sed spontaneum. Azor *lib. dicto cap. 1. qu. 4.* Dicitur, liberum, quia si in peccato fuerint afferentia impedimentum, dummodo non impediatur omnino, (an vero detur aliqua vis omnino impediens voluntarium, dic quod non) Az. *lib. p. c. 9.* qualia sunt merus, passio, nihilominus voluntarium efficiunt. Azor *loco dicto cap. 10. § 17.* licet multum voluntatem moueant, & de voluntario minuunt. *Idem ibi. cap. 17. per totum.* Sed nota, quod de ratione voluntarij est, vt sit sine ignorantia: voluntas enim non fertur nisi in cognitum: ideo erit cum scientia. Arcum qua scientia? Nauar. *pralud. 9. n. 9.* Lopez *Instruēt. parte prima cap. 3.* dicunt cum scientia quod sit peccatum.

tum.

tum mortale, deducitur etiam ex Viguerio *Infruct. Theolog. cap. 3. §. 4. de voluntario*. Azor vero *parte prima, lib. 4. cap. 1. quest. 4* vult ad constituendum mortale, quod, qui peccat, sciat id quod agit esse contra rationem, & legem in re graui. At ista sunt magnæ speculationis; quia etiam veniale est contra rationem, & legem licet in re parua. Sed quomodo rudis cognoscet de grauitate: *Vide an Nauarr. & Azor in substantia idem dicant*. Ex dictis prudens sciet, quale voluntarium constituat peccatum.

10. Vbi non interuenit culpa, non debetur pœna, non solum de pœna spiritali, vt excommunicatione & similibus, sed nec etiam de temporalis. Porro culpa non obligat in conscientia, nisi interueniat dolus, & lata culpa. Dolus est cum voluntate nocendi: lata culpa est non vti ea diligentia, qua communiter homines eiusdem professionis vtuntur, puta lata culpa est ignorare quod communiter scitur; licet in foro contentioso detur actio pro omnibus alijs culpis. *Sil. culpa quest. 1.* ratio est, quia dolus, & lata culpa faciunt voluntarium, & alia culpa non item.

51. Peccata specie differunt vel numero.

Peccat cogitationis differunt primo ex diuersitate obiecti, seu materiae specie distinctæ, etiam si sit nisi vnicus actus voluntatis, vt velle occidere ad furandum sunt duo peccata numero & specie distincta.

Secundo ex obiecto, & fine, & ratione diuersis, vt velle furari ad donandum pro peccato.

Ter-

Tertio. Quando in eodem obiecto sunt duæ
prauitates contra rectam rationem, vt furari
rem sacram: quia furari est vnum, & rem sacram
aliud peccatum, id sacrilegium. Et eodem mo-
do quo multiplicantur specie, multiplicantur
etiam numero.

52. An vero peccata cogitationis multipli-
cantur interruptione temporis sunt duæ sen-
tentia.

Prima affirmat multiplicari, pura, Petrus vult
occidere Ioannem, dormit, vadit, & alia multa
agit, toties peccat, quoties cogitat de occiden-
do. Silu. peccatum. quest. 2. Armil. peccatum. §. 4.
Tab. peccatum, p. quest. 8. Sic etiam videtur te-
nere Nauarrus cap. 6. num 18. de insequente mu-
lierem. Sed ibi loquitur de opere, seu peccato
externo.

Secunda sententia ait multiplicari, quando
sunt per contrarium actum interrupta, & postea
reassumuntur: vt qui vult furari deinde deter-
minat nolle, & postea iterum deinde determi-
nat velle, tunc quoties determinat, toties pec-
cat. Caiet. opusc. tom. p. tract. 31. qui est resp. 15. Na-
uar. c. 6. num. 16. vbi proprie loquitur de pecca-
to interno. Azor Inst. parte 1. lib. 4. c. 4. quest. 4.
de Graff. parte 1. c. 20. n. 11. Lopez Instit. c. 31 q. 4.
Si vero interruptio fiat naturaliter, pura dormi-
endo, loquendo, aut familia agendo, non multi-
plicari peccatū, sic declarat Lopez ibi; Azor vero
conciliat dictos auctores ita: peccata, quæ in vo-
luntate perficiuntur, cursu temporis multipli-
cari cum iterantur; sic est hæresis, odium, & si-
milia. Idem Nauarr. ibi. Peccata vero, quæ com-
plentur,

plen-

plentur omissione, vel facto, tunc solum esse vnicum peccatum, cum omittitur, vel fit ipsum peccatum; licet sæpius cogitatio interrumpatur.

53. Peccata oris distinguuntur specie, & multiplicantur numero, quoties sermo fertur ad obiecta diuersa, vt appellare furem, hæreticum, sunt duo peccata, quia duo obiecta. Azor. *c. dicto quest. 5.* quod videtur contra Nauar. *cap. 6. n. 18.* qui ait non augeri numero conuicia, eo quod alterum quis ter appellet furem, aut ter deieret, nec eo quod plura maledicta simul in plures conijciat, vt blasphemando duodecim Apostolos. Azor autem distinguit; esse vnicum peccatum vocare furem ter continuo sermone, sic vna est rixa percutere ter, aut quater vnum.

54. Peccata operis, seu quæ opere perficiuntur sunt plura specie, & numero.

Primo. Quando habent obiecta specie diuersa, vt adulterium, furtum.

Secundo. Quando habent vnicū obiectum, sed habent plures prauitates specie distinctas, vt furtum rei sacræ.

Tertio. Quando habent obiectum sine, & specie diuersum, vt occidere ad furandum.

Quarto. Quando habent obiecta differentia, vt occidere duos homines vno telo.

Quinto. Tot sunt peccata quorū actus, quando peccatum actu consummatur, vt binus congressus cum muliere est duplex peccatum. Azor *parte prima, lib. 4. cap. 4. quest. 6.* licet aliqui negent, & velint esse vnum, quando assumuntur pro vnicō fine.

Peccata hoc modo sunt alia alijs grauiora.

55. Primo quæ sunt contra Deum, sunt grauiora his, quæ sunt contra proximum: Et grauiora, quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ his, quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ. S. Thom. *prima secunda quest. 73. art. 4.* Azor *Inst. parte 1. lib. 4. cap. 19. quest. 3.*

Secundo grauiora sunt, quæ sunt contraria maiori virtuti, cæteris paribus; potest enim fieri, vt aliqua sint contraria maiori virtuti, sed sint minora alijs, quæ sunt contraria minori virtuti, puta, iustitia castitate est maior, & tamen fornicatio, quæ est contra castitatem, ratione sobolis, & bono prolis, est maior furto, quod est contra iustitiam. S. Thom. *quest. dicta, art. 4.* Azor *ibi quest. 4.*

Tertio grauiora sunt, quæ maius damnum causant intentum, vel præuisum, quia si non sit nec intentum, nec præuisum, non augent peccatum, vel si non sit intentum nec præuisum, tamen ex peccato sequitur, quia tunc illud grauat. S. Thom. *quest. dicta, art. 8.* Azor *ibi qu. 4. cap. 20. q. 1.*

Quarto quæ proficiscuntur ex maiori causa, cæteris paribus: puta, maius est peccatum ad deliberatum, peccato per ignorantiam. S. Thomas *ibid. art. 6.* Az. *ibi. q. 5.*

Quinto quæ fiunt peioris finis gratia. Azor *ibi. q. 5.*

Sexto quæ habent circumstantias deteriores, vel numero plures. S. Thom. *ibi art. 7.* Azor *ibi. quest. 6.*

Ex quibus infinita decides, quando, & quomodo

modo

modo sit pensanda grauitas peccatorum, maxime concurrentibus duobus malis, vt valeas minus eligere.

A. VICTORELLI

AD CAPVT XV. NOTÆ.

Multis placet, (& merito) liber paruus sed succi plenus Emmanuelis Sà, Aphorismi Confessariorum inscriptus; in quem nonnullas edidi Notas; & Doctorum loca indicauit Summam Emanuelis Rodriquez, & Institutionem Sacerdotum Petri de Soto quidam parochus tenere manibus, cum fructu conuoluerere.

A P P E N D I X.

Parochus non indocto suaderem; vt multis, ijsque egregijs, moralis Theologiæ libri Bibliothecam suam instrueret; non vt omnes inutili euoluat curiositate, sed vt, dum sese offert occasio, res diligenter pertractatas legere, varias Doctorum sententias, explicatasque rationes inspicere, & quod in vno Auctore non inuenit, in alio reperiri possit.

Proponetur interdum moralis aliqua dubitatio, quæ ingenium torquebit pro cuiusque explanatione plures, fortasse, libri desiderabuntur. Summa S. Thomæ eximiam continet eruditionem, eximiam afferre potest utilitatem.

Pro doctrina Sacramentorum Parochus non indoctus habere poterit *Francisci Suarez*, & *Gregorij de Valentia in 3. parte, S. Thom. volumina*, & *qua in 4. Sent. scripsit doctiss. Theologus Dominicus*.

ninius à Soto. Quidam Candelab. Vivaldi, Joseph Anglez volum. in 4. sent. vel Inst. Sac. Pet. de Sot. uti solent.

De Matrimonio.

Petri à Ledesma, [monumenta.
Ferdinandi Rebelli

Thoma Sanchez, præcipue diligentissimi, & doctissimi viri tria uberrima & utilissima volumina. Theodori Peltani Theses.

De Contractibus.

Conradus Summenhart, Ludouicus Lopez, Franciscus Garzias, Ludouicus Molina, Gregorius de Valentia in 2. S. Thom. Leonardus Lessius, Ferdinandus Rebellus.

De Iustitia.

Dominicus à Soto, Dominicus Bannes, Ludouicus Molina, Bartholomeus Salon, Petrus Arragon, Leonardus Lessius, Ferdinandus Rebellus.

De Restitutione.

Adrianus Papa, Ioannes Medina, Petrus Nannus, Ludouicus Carbo, & qui de Iustitia tractantes, de hac quoque rescripserunt.

De Censuris.

Felicianus Episcopus Scalensis, Vgolinus, Stephanus de Auila Societ. IESU Theologus, Gregorius Sarrus diligens scriptor, Franciscus Suarez doctissimus, ubertissimusq; Theologus.

Institutiones Morales eruditi viri Ioannis Azonij, (quæ hætenus editæ tribus continentur tomis) in nulla Parochorum, non penitus indoctorum, bibliotheca desiderandæ, doctæ profectus sunt. & viles. Hoc ipsum afferes de moralibus. Pauli Comitoli Responsis.

Quæ

Quæ in primam secundæ S. Thomæ Gabriel Vasquez. Ioannes de Salas Soc. Iesv, quæ in banc & in secundam secundæ Gregorius de Valentia scripserunt, vtilia, & iucunda moralis Theologia studioso accident.

Placebit, & proderit in multis, Summa S. Antonini, in quatuor partes distributa, Quæstionarium Theologicum Cordubæ, Gulielmi Parisiensis Aluerni liber de virtutibus & vitijs, & de pœnitentiæ Sacramento, Ioannes Medina de Pœnitentia, Cano, de eadem re, Victoria Summa, & quædam Relectiones.

Placebunt, & proderunt multa ex operibus, & consilijs Nauarri; nonnulla ex ijs, quæ insignis Canonum Interpres Didacus Couarruias, & Doctus Gutierrez scriptis mandarunt; necnon quæ Rodriquez in Bullam Cruce signatorum, & de Regularibus scripsit.

Non displicebit Clavis Regia Sayri, non Instructorum conscientia Ludouici Lopez, non Chapeauille de Casibus reseruatjs, non Grassius, non Carponis liber de legibus, & Summa Summarum, non exiguus moralium dubitationum liber Antonij Cordubensis.

Habeat Parochus non ineruditus, Sacrorum Canonum volumina, Concilium Tridentinum; & si alia Concilia habere nequit, saltem Conciliorum summam; necnon pontificias illas in corpore iuris non insertas constitutiones, quæ animabus iuuandis, regendisque de seruire potest: aut, quando eas nequeat habere, earum compendium à Stephano Quaranta editum.

Compendium quoque priuilegiorum Parocho

quo vsui erit interdum necnon Martini Aialæ de Apostolicis, & Ecclesiasticis Traditionibus eruditi libri.

Pro praxi pœnitentiæ videre poterit animarum Curator Practicam Ioannis Molani, Directorium Ioannis Polanci, Gasparis Loartij, & Martini Fulvarij libellos de hac re, Valerium Reginaldum de prudentia Confessarij: eiusdemque praxim Fori pœnitentialis in tres partes distributam, ratione Personarum, Actionum & Rerum, Synodum Coloniensem de Sacramento pœnitentiæ, Tractatumque de ratione eiusdem Sacramenti ministrandi, quem in selecta, eaque insigni Antonij Possuini Bibliotheca aspicere licebit.

1. Ac de Toleti, &c.] In Toleti Instructionem moralem, septem ab hinc annis. Notæ meæ, (impressorum culpa mendis affectæ) Venetis typis in lucem prodierunt, quas in Gallijs, Belgioque reculas legere licuit.

Ex his multa, meo suppresso nomine, ab Anonymo mutata parum aliquando, & cum alijs (ne fortasse internoscerentur) mixta interdum in Instructionem, ante nonnullos menses Brixia, & alibi impressam, translata videre, & agnoscere poteris. Et cornicula sese alienis vestiuit pennis.

13. Classici, &c.] Theologos, Canonici, & Civilis Iuris Interpretes, necnon Summarum Scriptores in quatuor classes distinguit, & recenset Azor tom. 1. lib. 1. cap. 14.

15. Extremam Vnctionem, &c.] Ego quoque de hac re in disputatione edita de Extrema Vnctione pag. 1.

24. De venditione ad creditū, &c.] Vide, si placet, *Sot. lib. 6. q. 4. art. 1. ad 4. de iust. & iur. Co. uar. lib. 2. var. resol. c. 3. n. 6.* *Cordub. quæst. 84. in Summa.* *Rebell. de oblig. Instit. 2. par. lib. 9. q. 14.* *Ludou. Mol. de iust. d. 357.* *Lessium lib. 2. de iust. c. 21. dub. 6.*

26. Iuramentum, &c.] Vide *Lessium lib. 2. c. 42. dub. 5.* *Greg. de Val. disp. 6. q. 7. par. 2. to. 3.*

29. Pœnæ, &c.] Vide *Molin. de iustit. tract. 1. disp. 95.* *Couarr. in quarto Decret. part. 2. c. 6. §. 2.* Pœna conuenionalis quam debitor, sua culpa incurrit, ante sententiam Iudicis debetur: vis tamen receptum est, vt non offeratur antequam petatur. *Couarr. 2. parte, Epit. cap. 6. §. num. 1.* *Rebell. de oblig. Iust. par. 2. lib. 8. q. 9. n. 6.*

42. Gloss. marginalis, &c.] Pro hac sententia nonnullos recensui in notis ad Toleti instructionem: ea Nota ad libri calcem imprimenda fuit ob nonnulla omiffa à Typographo, & ob alia idq; maximum eiusdem erratum. capit. 63. libri primi, eiusdem instructionis, Glossa illa Marginalis ex mea Nota fuit desumpta.

Pro eadē vera sententiā *Suar. to. 4. disp. 30. sect. 1.*
48. De metu diligentissimè *Sanch. l. 4. de Matrim.* multas pertractat quæstiones. Nonnullas leges apud *Azorium tom. 1. l. 1. Inst. Mor.*

Omnes contractus, &c.] *Sanch. disp. 8. loc. cit.* contractus omnes, præter matrimonium (quod inter fideles est etiam Sacramentum) viri constanti metu celebratos validos esse dicit, sed irritandos. Aduersa sententia, cuius argumenta ab eodem referuntur, & refelluntur, ipso iure eos irritos esse, docet.

De actibus humanis, de illorum bonitate, & malitia, de ratione peccati, de distinctione venialis & mortalis; de differentia, ex obiecto Petrus de Soto diligenter & eruditè 2. part. Inst Sacer. & Ioan. Azor. tom. 1. Inst. Moral. lib. 1. quos legisse te, vt arbitror, non pigebit, aut pœnitebit.

Studeat Parochus diligentissime Diuina artis præceptis; diurna nocturnaq; manu sacros libros verlet. Corporum medicus suæ artis libros, morituris corporibus remedia præscribētes, assiduè leget; & Parochus, animorum Pastor, & medicus, sacra monumenta animorum semper viuētium medicinam indicantia non aspiciet; ô tempora, ô mores, ô cæcitatem summopere deplorandam! Respice quisque hætenus desipuisti, & caue, ne animum tuum corporis ergastula relinquentem sempiternus horror excipiat.

Confidera quæ Gloss. ad illud Ephes. 4. [alios Pastores] scribit, suis verbis. [Pastor non est, nisi doctrinam habeat, qua gregē pascat.] Vnde Petrus Apost. in ordinatione Clementis dixit. [Impietatis crimē est, neglectis verbi Dei studijs sollicitudines suscipere sæculares.] Vide hoc testimonium apud Mart. Aiala 3. p. de S. Traditionib.

Deo Patri, & Filio, & Spiritui S. ex quo, per quē, & in quo omnia, honor, & gloria, & B. Virgini Mariæ laus, & Sanctis omnibus in sæcula.

Quæ Columna, & Firmamentum Veritatis Sancta Romana Ecclesia non probat; & ego damno & deleo; damnabo & delebo semper.

F I N I S.

V 2

DECLA